Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



centes deo cum metu et reuerencia Et cum deus ui
gilans consumens est Caritas fraternitatis ma
neat in uobis et hospitalitatem nolite obliuisci
per hanc enim quidam placuerunt angelis hospi
cio receptis Memento te uinctorum tamquam uincti
simul: et laborantium tamquam et ipsi in corpore mo
rantes Honorabile conubium in omibus et thorus
immaculatus: fornicatores enim et adulteros iu
dicabit deus Sint mores sine auaricia contenti
pantibus ipse enim dixit non te deseram neque derelin
quam: ita ut confidenter dicamus Dominus mi
hi adiutor est: non timebo quid faciat michi ho
Memento te prepositorum uestrorum: qui uobis locuti sunt
uerbum dei: quorum intuentes exitum conuersacionis
imitamini fidem: iesus xpus heri et hodie: ipse
in secula seculorum amen Secundum marcam
In illo tpe Cum egrederetur iesus in uia: p
curreus quidam genu flexo ante eum: rogabat
eum magister bone quid faciam ut uitam eternam
percipiam Iesus autem dixit ei Quid me dicis bonum:
Nemo bonus nisi unus deus Precepta nosti Non
adulteres: ne occidas: ne furaris: ne falsum testi
monium dixeris: ne fraudem feceris: honora pa
trem tuum et matrem At ille respondens: ait
illi magister: omnia hec obseruauit a iuuentute
mea Iesus autem intuens eum dilexit eum: et
dixit illi Unum tibi deest Uade: quecumque ha
bes uende et da pauperibus et habebis thesau
rum in celo Et uenite sequere me feria vi l. c.
Nolite mirari fratres mi si odit uos mundus
et tribulationes sunt in cordibus uestris